Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sepulture. Vnde datur intelligi quod conscii uerbi
Tyburcius primus ei respondit. Lecco. sunt. Tu
Vtinam dignetur nos ut seruos suos computare. quorum tu estimas nos esse collegas
qui contempserunt quod uidetur esse et non est. et inueni
uerunt id quod non uidetur esse et est. Almachius
dixit. Quid est quod uidetur esse. et non est. Tybur
cius respondit. Omnia que in isto mundo sunt
que inuitant homines ad mortem perpetuam ple
titiam temporalem. Tu Cetera omnia ut de
uno martyre. De sancto Georgio. et Adalberto.

Deus qui nos beati Georgii martyris tui meritis et intercessione leti
ficas concede propicius. ut qui eius beneficia
poscimus. dono tue gratie consequamur. P. Adalberti.

Sanctus tuus martyr Adalbertus oratio
quesumus domine nos ubique letificet. ut dum
eius merita in presenti festiuitate recolimus
patrocinia eius in augmento uirtutum sentiamus. P.